



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

De antiquitate ciuitatis Traie. ad Mosam carne[n] eiusde[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

At uero quum me non fugeret plurimos nostratiū desyde  
rare antiquitatem earum Ciuitatū, in quibus aliquando se  
des Episcopalis uiguit, uisum est & hac parte crassulis  
istis morē gerere. Vnde annotaui carmina Scioli cuiusdā  
quæ cuius sint palatinō est meū decernere, certe sunt sa  
cerdotibus nostris Dioceseos, nō quidē infimis (illis opi  
nor, quos in Epistola depinxi) uisa luculentissima

De antiquitate urbis Tungarorū Carmen

**V**Rbs quondā Tungris, Tūgro de principe dicta  
Iliades quē præfecit Dux Francio castris.  
Cuius germanus Priamo genitore putatur.

Sine scis modo quæ fueris, me consule, disce,  
Totius Europæ uertex, neq; moenibus impar  
Romanis, fluuiō q̄ florentissima magno  
Quem mare more suo ueteres dixere Coloni  
In te profilijsse olim doctissimus inquit  
Plinius insignem fontem, qui sepe me dedit  
Febri sit solitus, qualem plerumq; reducit  
Tercia lux. Sed & octauia es celeberrima dicta  
Cæsareo titulo illustris, summa arce refulgens  
Materiam quæ præbuerit fictoribus amplam  
Munere tantisper ac claronimine pollens  
Omnibus ex æquo dominata est finibus istis  
Dum Consanguineum Christi propellis ab urbe  
De antiquitate ciuitatis Traie. ad Mosam carmē eiusdē.

**I**vlus a magno deductum nomen Iulo  
Imperionondum neq; munere celsus opimo:  
Cum in lustrum Gallos subigendos milite & armis  
Germanosq; excepisset sub iure Quiritum.  
Traiectum Europæ ponte illustrauit & amplis  
Turribus, inuictum neq; adactum robore, postq̃  
Colla Panõphei summisit legibus ultro  
Hinc clipeo perfert formosæ uirginis omen  
Et quinq; in radios rutilantem lumine stellam  
Mirifici cuiusuisi sunt sæpe triumpho  
Marti habet addictam gentem, pluq̃ hæctenus arti  
Plus ducibus, q̃ Præsulibus parere paratam  
Quod sacra imprimis decorat Seruatius æde  
Qua cathedra effulsit, nunc est regale sacellum  
Tot Regum, totidemq; Ducum articulata tutelis  
Vt nemo effugiat, quicumq; oppugnat eandem  
Deficiat nemo quicumq; tuetur eandem

De amplitudine ciuitatis Leodiæ carmen eiusdem.

**S**alue mater & eximie uirtutis alumna  
Legia purpureo Lamberti sanguine tincta  
Quam uerum ex uero circumfers nomine nomen?  
Salue inquam, quæ enixa uiros pietate nitentes  
Tot per templa foues examina tanta, tot omnis  
ætatis, sexus, preciosam omnia seruas  
Octo quam summo decorans collegia cultu